An. et vol. XXXVIII 21 Decembris 1946 (Ser. II, v. XIII) - Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE AGUAS CALIENTES

CAPITULUM CATHEDRALE ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut sollemnior in cathedralibus ecclesiis cultus Deo exhibeatur et Sacrorum Antistites in dominico sibi credito grege pascendo et gubernando ecclesiasticorum virorum, virtute, prudentia et doctrina praestantium, consilio et opera uti possint, quique, sede vacante, Episcopi vices suppleant in dioecesis regimine et administratione, Canonicorum Capitula ab Apostolica Sede ad iuris tramitem eriguntur. Quam ob rem in Apostolicis Litteris, anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono, die vigesima septima Augusti mensis datis, quibus a fel. rec. Leone Papa Decimotertio, Praedecessore Nostro, dioecesis de Aguas Calientes condita fuit, futuri Episcopi sollicitudini demandabatur ut Cathedralis Ecclesiae Capitulum, cum primum fieri potuerit, instituendum curaret. Quod tamen mandatum ob iniquas temporum conditiones hactenus ad effectum deduci non potuit. Nuper vero venerabilis Frater Ioseph a Iesu Lopez, hodiernus Episcopus de Aguas Calientes, ratus opportunitatem advenisse exequendi quod tum in sui ipsius, tum in Antecessorum suorum et in suae dioecesis cleri populique votis erat, ab Apostolica Sede postulavit ut in sua cathedrali ecclesia Canonicorum Capitulum erigatur. Nos autem, perpendentes hoc valde cessurum ad divini cultus

splendorem augendum et ad christifidelium pietatem fovendam, oblatas preces benigne excipiendas duximus. Quapropter, suffragante venerabili Fratre Aloisio Martínez, Archiepiscopo Mexicano, negotiorum Gestore in Delegatione Apostolica Mexicana, consilio collato cum dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale S. Congregationis Consistorialis a Secretis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, in cathedrali Ecclesia de Aguas Calientes Canonicorum Capitulum per praesentes Litteras erigimus et de eo quae sequuntur normas statuimus: Una tantum erit Dignitas in Capitulo, nempe Archidiaconus, cuius beneficii collatio semper Apostolicae Sedi reservabitur et, pro hac prima vice, attentis animi ingeniique dotibus, quibus, uti Nobis relatum est, exhibetur ornatus dilectus Filius Margaritus Santiago, Dioecesis Vicarius Generalis, eum Archidiaconum Capituli Cathedralis de Aguas Calientes nominamus et constituimus. Insuper quinque alii adnumerabuntur Canonici, quorum unus erit theologus, alter poenitentiarius, iuxta can. 398 § 1 Codicis Iuris Canonici: quos quidem Canonicatus libere Episcopus conferet, salvis reservationibus et praescriptionibus in eodem Codice statutis. Ad servitium chorale quod attinet praefati Venerabilis Fratris Aloisii Martínez prudentiae, audito venerabili Fratre Episcopo de Aguas Calientes, statuere committimus quibus diebus horae canonicae erunt persolvendae. Volumus quoque ut ex decimis, quae singulis annis in universa Dioecesi colliguntur, deducta summa vigesima centenae partis (20%) in sumptus Curiae episcopalis et in Religionis opera eroganda, tertia pars tribuatur Capitulo Cathedrali eiusque dotem constituet. Quibus autem Dignitati et Canonicis iura omnia ac privilegia tribuimus, quae ceteris Capitulis Cathedralibus Mexicanae ditionis ex iure communi vel legitima consuetudine competunt. Denique ut sacrarum solemniorum functionum decor effulgeat et qui in Episcopi senatum adsciscuntur a caeteris ecclesiasticis viris discriminentur, Archidiacono et Canonicis Capituli Cathedralis de Aguas Calientes privilegium concedimus gestandi, intra fines tantum suae dioecesis et dum Episcopo sacra pontificaliter litanti adsistant, praeter rochetum, vestem talarem cum mantelletta et collarem violacei coloris. Aliis anni diebus capitulares in choro induent vestes canonicales, quibus caeteri in Capitulis Cathedralibus Mexicanae nationis canonici utuntur. Volumus porro et mandamus ut quam primum Capitulares Constitutiones ad iuris normam condantur, quae, ab Episcopo rite approbatae, a Dignitate et Canonicis postea religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni

mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Aloisium Martínez deputamus eique propterea omnes ad id necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quam primum fas erit transmittendi. Decernimus denique praesentes Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus et iubemus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, coinmissionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die quinta Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXX, n. 64. — Al. Trussardi

II

CHACHAPOYASENSIS ET ALIARUM
(A S. FRANCISCO XAVERIO)

A DIOECESIBUS CHACHAPOYASENSI ET CAJAMARCENSI ET A VICARIATU APOSTOLICO S. GABRIELIS A VIRGINE PERDOLENTE DE MARAÑON TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « A S. FRANCISCO XAVERIO » DENOMINANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In orbis catholici dissitis regionibus novas constituere Missiones plurimum sane iuvat ad Christi regnum amplius prolatandum. Quod quidem perpendentes Nos lubenti animo precibus annuere statuimus, quibus venerabilis Frater Ferdinandus Cento, Archiepiscopus titularis Seleuciensis Pierius et in Peruviana Republica Nuntius Apostolicus, iustis desideriis satisfacere cupiens Societatis Iesu Patrum, in Peruvia sollertium Evangelii Praeconum, ab hac Apostolica Sede expostulavit ut nova illic Missio constituatur. Attento itaque venerabilium Fratrum dioecesium Chachapoyasensis et Cajamarcensis, nec non Vicariatus Apostolici S. Gabrielis a Virgine Perdolente de Marañon Antistitum consensu, annuente quoque Sacra Congregatione Consistoriali, cuius in ditione duae praefatae dioeceses sunt, atque suppleto etiam, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, ac certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a tribus illis ecclesiasticis circumscriptionibus territorium seiungimus intra limites infra descriptos contentum, et novam ex eo Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, quam *a S. Francisco Xaverio* denominandam decernimus. Limites autem novae huius Praefecturae hi erunt: *ad occidentem*: fines regionis Peruvianae de *Piura* et fines Reipublicae Aequatorianae; *ad septentrionem*: item fines cum Republica Aequatoriana; *ad orientem*: regiones de Loreto; *ad meridiem*: parallela tria chilometra ad oppidi *Yambrasbamba* septentrionem ducta, usque ad meridianum LXXVIII Greenwich, inde linea recta ad *Utcubamba* et *Marañon* fluminum confluentiam, tractus huius fluminis usque ad limites inter districtus *Bellavista* et *Jaen del Alto* et *Ta-*

baconas, usque ad *Piura* regionem. Praefecturam istam, ita noviter erectam et limitibus praefatis circumscriptam, apostolicis Sodalium Societatis Iesu curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concreditam volumus, et illi eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die undecima Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXX, n. 61 – Al. Trussardi.

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. MICHAËLEM O'DOHERTY, ARCHIEPISCOPUM MANILENSEM, OB MARIALEM CONVENTUM TERTIO VERTENTE SAECULO A PARTA VICTORIA « LA NAVAL » CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Philippinas Insulas, Deo et Ecclesiae dilectas, fide et praeclare gestis inclutas, libenter comperimus in eo esse, ut festis coetibus, sacrorum ri-

tuum insueto splendore et magnifico apparatu trecentos fauste conditos annos concelebrent, ex quo maritima victoria ipsarum incolis catholica religio et civilis libertas a gravibus instantibus minis et periculis tutae servatae sunt. Cuius recensendi eventus faustitatem nolumus silentio praetermittere, quin tibi, Venerabilis Frater, ceterisque sacrorum istis Antistitibus et clero et populo, vestrae curae commisso, gratulationes et salutares adprecationes Nostras proferamus, ut, paternae Nostrae caritatis accedente voce, sertum vestrae augeamus laetitiae, ac vestra pia studia expergefaciamus. Maiores vestri non dubitaverunt memoratum triumphum Deiparae Virgini a SS. Rosario — cuius auxilium summa precum contentione petitum erat — acceptum referre; itemque polliciti sunt quotannis se in eiusdem honorem festum acturos esse, quo praecelsae Parenti ac Reginae perpetuum gratum animum profiterentur. Hac re evenit, ut vestrates Mariale Rosarium in exemplum colerent idemque plurimi facerent. Quapropter fas non est huiusmodi morem et institutum, quod avis veteribus vestris pergratum fuit eorumque firmae fidei vivaces sensus aluit, abolescere vel utcumque languescere. Hoc namque non sinunt adiuncta rerum, quae recens bellum Philippinis Insulis calamitosa reliquit consectaria quaeque expostulant, ut strenue concitentur et cogantur vires, eae praesertim, quae ad spiritalis vitae rationes spectent. Reapse ut christianae humanitatis cultus uberiores usque gignat fructus idemque, dum ad sempiterna promissa consequenda hominibus facile sternit iter, in terris quoque eos vitae exornet prosperitate, praesenti statui et condicioni consentanea, omnino necesse est, ubique et semper principatus spiritalium rerum exquiratur et consistat. Magna res libertas, at sponte dilabitur in licentiam, saepius aeque abiectam ac tyrannidem, nisi illa solidum verumque rerum ordinem vereatur, quo divina humanis, aeterna caducis, iusta utilibus praeponantur. Tum vero christianae sapientiae ordo elucet, si divinis veris et praeceptis penitus mente haereamus et ad ea mores actusque nostros, caelesti opitulante auxilio, componamus. Hac autem in adipiscenda absolutione et perfectione Beatissima Virgo Maria praeit operibus, antecedit exemplis, patrocinio prodest. Ipsamet tum debellatrix diaboli et peccati, quibuscum perpetuas exercet inimicitias, tum omnigenae virtutis splendore decora, apprime Christi gratia dives, celsa est vitae forma, quam fideles intueri et in se referre debent; turris fortitudinis, mater pulchrae dilectionis, sedes sapientiae integrum et praevalidum habet in se christianae religionis afflatum, quem Apostolus ita describit: «Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis» (II Tim., 1, 7). At vero Mariale Rosarium

efficit, ut Deiparae mysteria prae oculis habeamus, eam pio mentis affectu reputemus, eam amemus, imitemur ac suavi precum instantia eius opem rogemus, ut maternae exemplar vitae bene cogitemus et plene imitemur. Totius Evangelii breviarium, dominicorum mysteriorum meditatio, sacrificium vespertinum, sertum rosarum, hymnus laudis, supplicatio domestica, christianae vitae institutum, certum caelestis favoris vadimonium, exspectatae salutis praesidium iterum istic summo in honore sit Marialis corona atque, ea auspice, redeat istuc retinentissima recti prisca virtus et spes relucescat melioris aevi, quo cum sincera in Dei Numen reverentia fecundo foedere iunctae, sacrae litterae, omnis generis disciplinae, ingenuae artes, nobilis morum urbanitas, socialis iustitiae imperium, christiana felicitas floreant. In iis autem omnibus, quae Nobis et vobis ob atrocis belli casus acerbiorem pepererunt dolorem, illud profecto praecipue ponimus quod venerabilis Manilensis aedis S. Dominici deleta est. Praeclarum templum, religione, mole, artificio, memoriis vestratibus apprime dilectum, quasi unius gentis vestrae calamitatis consors, diffractis muris et fastigio, procidit: at inter eius ruinas illaesa stetit effigies Deiparae a SS. Rosario, ut inter tot asperitates et acerbitates indubiae resurrectionis pignus exsisteret neve animos dolore fractos serenae futurae aetatis fiducia deficeret. Decet igitur nunc venerandum delubrum iterum exstrui ac, parili sorte vestra usum, vobiscum consurgere, qui post tot metus et mala respiratis et ad laudabilia opera et incepta inardescitis. Neque dubitandum est, quin Caelitum hominumque Regina, tantae observantiae vestrae obsequio honorata copiosas largitura sit vobis et posteris vestris gratiarum opes, ut Philippinae Insulae, solidum rei christianorum publicae propugnaculum, catholicam religionem, quae cuilibet populo sapientia, laus, sanitas est praecipua, excolant, in domesticae et socialis vitae usus traducant, quam largissime provehant. Quid optabilius vobis, quid historiae vestrae fastis congruentius, quid salutarius, quam Evangelii gloria praecellere et satores esse lucis, cuius splendoribus beamini? Per Catholicam Actionem et pia sodalitia, per cuiuslibet ordinis catholicas scholas, praesertim per istam Universitatem studiorum a S. Thoma Aquinate, per missionalia opera et Evangelii praeconum laborem, quem olim saepius exantlati martyrii sanguis consecravit, facite, ut fides vestra, Spiritus Sancti fervore concepto, nova opimorum spiritalium fructuum corona honoretur. Quod autem ut ad sententiam contingat, praecelsam Virginem Mariam in vota Nostra, et vestra quoque, vocamus et opiferum eius patrocinium propitiamus. Ut autem centenaria stata festa uberiorem spiritalem segetem secum ferant et Marialis Rosarii usus et cul-

tus magis magisque istic invalescat, ultro ac libenter in perpetuum concedimus aliquas sacrae indulgentiae opes, ut in adiecta hisce Litteris pagella apparet.

Haec postquam pro Nostra in vos benevolentia, quam penitus novit qui menti Nostrae eam ingerit, ominati sumus, nihil Nobis demum restat, ut tibi, Venerabilis Frater, et universis, qui supra memoratae celebritati utcumque favebunt vel intererunt, Apostolicam Benedictionem, divinorum munerum auspicem, libenti animo impertiamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Iulii anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

II

AD E.MUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM TIT. SANCTAE MARIAE IN TRANSPONTINA S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM NASALLI ROCCA DI CORNELIANO, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM QUEM LEGATUM RENUNTIAT AD TRANSLATIONEM RELIQUIARUM S. DOMINICI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sanctorum corpora, teste Ioanne Damasceno, perennes sunt in Ecclesia fontes, ex quibus tamquam rivuli salutares effunduntur in populos christianos dona caelestia, beneficia et ea omnia, quibus maxime indigemus. Quapropter non mirum est, si, tres abhinc annos, recenti bello circa turritam Bononiam acrius aestuante, sacrae exuviae Sancti Dominici Confessoris, inclyti Praedicatorum Ordinis conditoris, ex Arca marmorea, ubi per saecula requiescebant, remotae in cryptam sub aula capitulari effossam atque solidissime munitam reconditae sunt, ne bellicis telis ex aethere imminentibus saeviter laederentur. Nunc autem, positis iam pridem ubique armis, pium consilium initum est, ut sacra illa pignora sollemni pompa et maxima populi frequentia reponantur in splendido sacello, ubi antea religiosissime asservabantur. Nos itaque, votis dilecti filii Martini Stanislai Gillet, Generalis Ordinis Praedicatorum Magistri, benigne annuentes, ad translationis sollemnitatem adaugendam, te, Dilecte Fili Noster, qui perillustris metropolitanae Sedis Bononiensis gubernacula tenes et Romanae purpurae splendore praefulges, Legatum Nostrum eligimus et renuntiamus, ut sacris ritibus ac caerimoniis exuviarum Sancti Dominici translationis, in magnifico templo Bononiensi medio Septembri proximo peragendae, nomine Nostro

Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem habemus, eiusmodi sollemnia ad incrementum religionis avitae et ad pietatis studium non paulum esse christiano populo profutura. Quo interea festus dies salutarior evadat, tibi ultro potestatem damus, ut, Sacro Pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium autem donorum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universo Fratrum Praedicatorum Ordini, cunctoque clero et populo tuae curae tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Augusti, in festo Sancti Dominici Confessoris, anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

III

AD E.MUM P. D. IOSEPHUM MARIAM TIT. SANCTAE MARIAE SCALARIS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CARO RODRIGUEZ, ARCHIEPISCOPUM SANCTI IACOBI IN CHILIA, LEGATUM AD CONCILIUM PLENARIUM EX UNIVERSO CHILIENSI EPISCOPATU INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libenti admodum animo nuper accepimus totius Chiliae Episcopatus votum proximo Octobri mense plenarium Concilium ineundi, nec facere possumus, quin magnopere gratulemur, quod tecum omnes sacrorum Antistites Chilienses, in re tam gravi tamque opportuna, concordi studio diligentiaque consenserint. Ad ea profecto negotia pertractanda animos adiecistis, ad eaque communi iudicio consilia sumenda, quae maxime praesentia tempora locaque vestra expostulare videntur. Praeclara autem vobis laus erit, communes normas nationi vestrae dare aut sollemni sanctione confirmare. Itaque, ut Concilio isti episcoporum plenario ad Codicis iuris canonici praescriptum Nos ipsi praeesse possimus, te, Dilecte Fili Noster, qui praenobilem istam sedem metropolitanam tenes, quemque recens Romanae purpurae splendore exornavimus, Legatum Nostrum, ut iam antea per telegraphicas notas edicendum tibi curavimus, hisce litteris eligimus ac renuntiamus, ut proximum Concilium plenarium ex universo Chiliensi episcopatu nomine Nostro No-

tuum insueto splendore et magnifico apparatu trecentos fauste conditos annos concelebrent, ex quo maritima victoria ipsarum incolis catholica religio et civilis libertas a gravibus instantibus minis et periculis tutae servatae sunt. Cuius recensendi eventus faustitatem nolumus silentio praetermittere, quin tibi, Venerabilis Frater, ceterisque sacrorum istis Antistitibus et clero et populo, vestrae curae commisso, gratulationes et salutares adprecationes Nostras proferamus, ut, paternae Nostrae caritatis accedente voce, sertum vestrae augeamus laetitiae, ac vestra pia studia expergefaciamus. Maiores vestri non dubitaverunt memoratum triumphum Deiparae Virgini a SS. Rosario cuius auxilium summa precum contentione petitum erat — acceptum referre; itemque polliciti sunt quotannis se in eiusdem honorem festum acturos esse, quo praecelsae Parenti ac Reginae perpetuum gratum animum profiterentur. Hac re evenit, ut vestrates Mariale Rosarium in exemplum colerent idemque plurimi facerent. Quapropter fas non est huiusmodi morem et institutum, quod avis veteribus vestris pergratum fuit eorumque firmae fidei vivaces sensus aluit, abolescere vel utcumque languescere. Hoc namque non sinunt adiuncta rerum, quae recens bellum Philippinis Insulis calamitosa reliquit consectaria quaeque expostulant, ut strenue concitentur et cogantur vires, eae praesertim, quae ad spiritalis vitae rationes spectent. Reapse ut christianae humanitatis cultus uberiores usque gignat fructus idemque, dum ad sempiterna promissa consequenda hominibus facile sternit iter, in terris quoque eos vitae exornet prosperitate, praesenti statui et condicioni consentanea, omnino necesse est, ubique et semper principatus spiritalium rerum exquiratur et consistat. Magna res libertas, at sponte dilabitur in licentiam, saepius aeque abiectam ac tyrannidem, nisi illa solidum verumque rerum ordinem vereatur, quo divina humanis, aeterna caducis, iusta utilibus praeponantur. Tum vero christianae sapientiae ordo elucet, si divinis veris et praeceptis penitus mente haereamus et ad ea mores actusque nostros, caelesti opitulante auxilio, componamus. Hac autem in adipiscenda absolutione et perfectione Beatissima Virgo Maria praeit operibus, antecedit exemplis, patrocinio prodest. Ipsamet tum debellatrix diaboli et peccati, quibuscum perpetuas exercet inimicitias, tum omnigenae virtutis splendore decora, apprime Christi gratia dives, celsa est vitae forma, quam fideles intueri et in se referre debent; turris fortitudinis, mater pulchrae dilectionis, sedes sapientiae integrum et praevalidum habet in se christianae religionis afflatum, quem Apostolus ita describit: « Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis » (II Tim., 1, 7). At vero Mariale Rosarium

efficit, ut Deiparae mysteria prae oculis habeamus, eam pio mentis affectu reputemus, eam amemus, imitemur ac suavi precum instantia eius opem rogemus, ut maternae exemplar vitae bene cogitemus et plene imitemur. Totius Evangelii breviarium, dominicorum mysteriorum meditatio, sacrificium vespertinum, sertum rosarum, hymnus laudis, supplicatio domestica, christianae vitae institutum, certum caelestis favoris vadimonium, exspectatae salutis praesidium iterum istic summo in honore sit Marialis corona atque, ea auspice, redeat istuc retinentissima recti prisca virtus et spes relucescat melioris aevi, quo cum sincera in Dei Numen reverentia fecundo foedere iunctae, sacrae litterae, omnis generis disciplinae, ingenuae artes, nobilis morum urbanitas, socialis iustitiae imperium, christiana felicitas floreant. In iis autem omnibus, quae Nobis et vobis ob atrocis belli casus acerbiorem pepererunt dolorem, illud profecto praecipue ponimus quod venerabilis Manilensis aedis S. Dominici deleta est. Praeclarum templum, religione, mole, artificio, memoriis vestratibus apprime dilectum, quasi unius gentis vestrae calamitatis consors, diffractis muris et fastigio, procidit: at inter eius ruinas illaesa stetit effigies Deiparae a SS. Rosario, ut inter tot asperitates et acerbitates indubiae resurrectionis pignus exsisteret neve animos dolore fractos serenae futurae aetatis fiducia deficeret. Decet igitur nunc venerandum delubrum iterum exstrui ac, parili sorte vestra usum, vobiscum consurgere, qui post tot metus et mala respiratis et ad laudabilia opera et incepta inardescitis. Neque dubitandum est, quin Caelitum hominumque Regina, tantae observantiae vestrae obsequio honorata copiosas largitura sit vobis et posteris vestris gratiarum opes, ut Philippinae Insulae, solidum rei christianorum publicae propugnaculum, catholicam religionem, quae cuilibet populo sapientia, laus, sanitas est praecipua, excolant, in domesticae et socialis vitae usus traducant, quam largissime provehant. Quid optabilius vobis, quid historiae vestrae fastis congruentius, quid salutarius, quam Evangelii gloria praecellere et satores esse lucis, cuius splendoribus beamini? Per Catholicam Actionem et pia sodalitia, per cuiuslibet ordinis catholicas scholas, praesertim per istam Universitatem studiorum a S. Thoma Aquinate, per missionalia opera et Evangelii praeconum laborem, quem olim saepius exantlati martyrii sanguis consecravit, facite, ut fides vestra, Spiritus Sancti fervore concepto, nova opimorum spiritalium fructuum corona honoretur. Quod autem ut ad sententiam contingat, praecelsam Virginem Mariam in vota Nostra, et vestra quoque, vocamus et opiferum eius patrocinium propitiamus. Ut autem centenaria stata festa uberiorem spiritalem segetem secum ferant et Marialis Rosarii usus et cul-

tus magis magisque istic invalescat, ultro ac libenter in perpetuum concedimus aliquas sacrae indulgentiae opes, ut in adiecta hisce Litteris pagella apparet.

Haec postquam pro Nostra in vos benevolentia, quam penitus novit qui menti Nostrae eam ingerit, ominati sumus, nihil Nobis demum restat, ut tibi, Venerabilis Frater, et universis, qui supra memoratae celebritati utcumque favebunt vel intererunt, Apostolicam Benedictionem, divinorum munerum auspicem, libenti animo impertiamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Iulii anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

II

AD E.MUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM TIT. SANCTAE MARIAE IN TRANSPONTINA S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM NASALLI ROCCA DI CORNELIANO, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM QUEM LEGATUM RENUNTIAT AD TRANSLATIONEM RELIQUIARUM S. DOMINICI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sanctorum corpora, teste Ioanne Damasceno, perennes sunt in Ecclesia fontes, ex quibus tamquam rivuli salutares effunduntur in populos christianos dona caelestia, beneficia et ea omnia, quibus maxime indigemus. Quapropter non mirum est, si, tres abhinc annos, recenti bello circa turritam Bononiam acrius aestuante, sacrae exuviae Sancti Dominici Confessoris, inclyti Praedicatorum Ordinis conditoris, ex Arca marmorea, ubi per saecula requiescebant, remotae in cryptam sub aula capitulari effossam atque solidissime munitam reconditae sunt, ne bellicis telis ex aethere imminentibus saeviter laederentur. Nunc autem, positis iam pridem ubique armis, pium consilium initum est, ut sacra illa pignora sollemni pompa et maxima populi frequentia reponantur in splendido sacello, ubi antea religiosissime asservabantur. Nos itaque, votis dilecti filii Martini Stanislai Gillet, Generalis Ordinis Praedicatorum Magistri, benigne annuentes, ad translationis sollemnitatem adaugendam, te, Dilecte Fili Noster, qui perillustris metropolitanae Sedis Bononiensis gubernacula tenes et Romanae purpurae splendore praefulges, Legatum Nostrum eligimus et renuntiamus, ut sacris ritibus ac caerimoniis exuviarum Sancti Dominici translationis, in magnifico templo Bononiensi medio Septembri proximo peragendae, nomine Nostro

Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem habemus, eiusmodi sollemnia ad incrementum religionis avitae et ad pietatis studium non paulum esse christiano populo profutura. Quo interea festus dies salutarior evadat, tibi ultro potestatem damus, ut, Sacro Pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium autem donorum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universo Fratrum Praedicatorum Ordini, cunctoque clero et populo tuae curae tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Augusti, in festo Sancti Dominici Confessoris, anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

III

AD E.MUM P. D. IOSEPHUM MARIAM TIT. SANCTAE MARIAE SCALARIS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM CARO RODRIGUEZ, ARCHIEPISCOPUM SANCTI IACOBI IN CHILIA, LEGATUM AD CONCILIUM PLENARIUM EX UNIVERSO CHILIENSI EPISCOPATU INDICTUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libenti admodum animo nuper accepimus totius Chiliae Episcopatus votum proximo Octobri mense plenarium Concilium ineundi, nec facere possumus, quin magnopere gratulemur, quod tecum omnes sacrorum Antistites Chilienses, in re tam gravi tamque opportuna, concordi studio diligentiaque consenserint. Ad ea profecto negotia pertractanda animos adiecistis, ad eaque communi iudicio consilia sumenda, quae maxime praesentia tempora locaque vestra expostulare videntur. Praeclara autem vobis laus erit, communes normas nationi vestrae dare aut sollemni sanctione confirmare. Itaque, ut Concilio isti episcoporum plenario ad Codicis iuris canonici praescriptum Nos ipsi praeesse possimus. te, Dilecte Fili Noster, qui praenobilem istam sedem metropolitanam tenes, quemque recens Romanae purpurae splendore exornavimus, Legatum Nostrum, ut iam antea per telegraphicas notas edicendum tibi curavimus, hisce litteris eligimus ac renuntiamus, ut proximum Concilium plenarium ex universo Chiliensi episcopatu nomine Nostro No-

straque auctoritate rite convoces eidemque praesideas. Deum interea supplici prece exoramus, ut mentes animosque omnium, qui istuc sunt conventuri, illustret atque moderetur, ipsamque congressionem ad felicem exitum perducat. Cuius quidem superni muneris nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, ceterisque Chiliae Praesulibus eorumque cleris ac fidelibus amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXXVI. Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. ADEODATUM IOANNEM TIT. S. PRISCAE S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM PIAZZA, PATRIARCHAM VENETIARUM AC PRAESIDEM COMMISSIONIS EPISCOPALIS MODERATRICIS ACTIONIS CATHOLICAE ITALICAE, CUIUS STATUTA APPROBANTUR.

Signor Cardinale,

Siamo lieti che nell'imminente inizio della XX Settimana Sociale dei Cattolici d'Italia, convocata in codesta Sede patriarcale, Ci sia offerta felice occasione di dare la Nostra approvazione al nuovo Statuto dell'Azione Cattolica Italiana, preparato dalla Commissione Episcopale a ciò da Noi nominata ed egregiamente da Lei presieduta; e Ci piace rilevare come tale ordinamento, se ancora suscettibile di ulteriori modificazioni che l'avvenire potrà suggerire opportune, raccolga tuttavia in forma sintetica e fissi in norme collaudate dall'esperienza una non breve tradizione di lavoro, a cui il laicato cattolico italiano, di concerto col Clero, ha consacrato immensa copia di cure e di energie, esercitando una funzione via via più determinata nel campo dell'apostolato ecclesiastico e dando alla società, gradatamente dimentica dei principî cristiani, l'impareggiabile beneficio della loro moderna illustrazione nella dottrina e della loro viva professione nella pratica.

Così che compiendo questo Nostro atto, Ci conforta il pensiero di poter degnamente riconoscere i lunghi e faticosi sforzi di quei Cattolici che, di non altro armati all'infuori di un saldo amore a Cristo e alla sua Chiesa, diedero in questi ultimi tempi valido contributo alla milizia del nome cristiano e di coronare in tal guisa la diuturna e sapiente opera

dei Nostri Predecessori, Che all'Azione Cattolica rivolsero sempre paterna sollecitudine e fecero di essa forte e fedele strumento per la difesa della Chiesa e la diffusione dei suoi insegnamenti. Ci arride altresì la speranza che così facendo Noi apriamo all'Azione Cattolica, nell'osservanza delle disposizioni concordatarie che la riguardano, un nuovo periodo di feconda operosità: chiamati i Vescovi a condividere con Noi il governo di queste crescenti schiere di fedeli desiderosi di perfezionamento spirituale e di attività sociale; nuovamente affidate a dirigenti laici, opportunamente scelti, proprie e responsabili funzioni esecutive; impegnato il Clero ad autorevole e ben distribuita missione di assistenza spirituale e morale; perfezionati gli organi direttivi dei vari gradi dell'intera organizzazione; aperta la possibilità di espansione con la creazione di nuove opere e l'adesione di nuove istituzioni; affermata legittima l'esistenza di altre differenti associazioni cattoliche e promossa fra tutte una solidale fraterna collaborazione, Noi confidiamo che siano stabiliti quell'equilibrio e quella vitalità che devono essere propri di movimenti nati dalla carità di Cristo e agenti nella sua Chiesa, e che ancor oggi ne dimostrano la perenne fecondità.

Ma più che alla lettera di norme statutarie, complesse e delicate, si volge ora la Nostra attenzione al significato che assume la sanzione pontificia data a tali norme, al nuovo riconoscimento e all'incoraggiamento, cioè, della collaborazione dei laici all'apostolato gerarchico, e con ciò al monito e all'invito che si rivolge a tutti i buoni cattolici, veramente coscienti dei bisogni dei tempi, di dare alla professione della loro fede uno spirito operante e militante. Veda perciò il Clero nell'Azione Cattolica affermato il bisogno, reso impellente dalle condizioni della vita moderna e dalla scarsezza dei sacerdoti, di crearsi fra i laici collaboratori generosi, ed offerto il metodo ben provato per procedere alla loro formazione e alla loro organizzazione; e vedano i laici nell'Azione Cattolica uno stimolo a servire la Chiesa liberamente, ma con disciplina, e un'alta considerazione dell'opera che ogni semplice fedele può rendere alla causa di Cristo. E vorremmo altresì che il popolo intero avesse a ravvisare nell'Azione Cattolica, non già una chiusa cerchia di persone iniziate ad esclusivi ideali, ovvero uno strumento di sterile lotta o di ambiziosa conquista, ma piuttosto un'amica schiera di cittadini che hanno fatto propria la materna intenzione della Chiesa di tutti redimere e di garantire alla società l'insostituibile e indispensabile fermento della vera civiltà.

Con queste esortazioni e con questi voti Noi benediciamo Lei, Signor Cardinale, come pure i componenti della Commissione Episcopale, gli Assistenti Ecclesiastici, i Dirigenti e soci dell'Azione Cattolica Ita-

liana, e per essa facciamo Nostra l'invocazione del salmista al Signore: « Respice de caelo et vide, et visita vitem hanc. Et protege eam, quam plantavit dextera tua ».[1]

Dalla Nostra Residenza di Castel Gandolfo, 11 ottobre 1946.

PIUS PP. XII

V

AD R. P. AUGUSTINUM GEMELLI, O. F. M., CATHOLICI A SACRO CORDE IESU ATHENAEI MEDIOLANENSIS RECTOREM MAGNIFICUM XXV VERTENTE ANNO AB EODEM ATHENAEO CONDITO.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum Athenaeum istud quinque ac viginti abhinc annis feliciter inauguratum est, non modo catholicus Italiae populus, cui res iam diu in votis erat, laetabundos oculos animumque spei plenum ad novum convertit studiorum domicilium, sed Apostolica etiam haec Sedes, quae ut nullo non tempore per saeculorum decursum id genus Instituta pro viribus excitavit, fovit ac provexit, ita nostris potissimum temporibus eadem utpote necessaria prorsus existimat, commendat et adiuvat; quandoquidem probe noscit « christianam educationem causam esse sane gravissimam, quod attinet non modo ad singulos homines, sed ad domesticam etiam civilemque consortionem, cuius quidem summa vis atque virtus ex ipsa vi atque virtute eorum profecto oritur, ex quibus eadem tamquam elementis constat ».[1]

Nos autem, quibus inde ab initiis laudabile hoc inceptum tantopere cordi est, cupimus vehementer ut gratulantis voluntatis Nostrae significatio iis omnibus ne desit, quorum ope res viget ac floret; ac tibi imprimis, Dilecte Fili, quo auctore sollerti et alacri haec studiorum Universitas, post tot difficultates, tentamenta ac labores, principium sumpsit; deinde vero ceteris omnibus, qui navam suam docendo, moderando administrandoque huic causae dant operam; ac denique Italorum populo, qui, Episcopis in exemplum praeeuntibus, generosa largitate sua effecit ut bonum semen, quinque ante lustra terrae concreditum, ita in validam arborem succreverit, ut omnium vicerit exspectationem.

Quod per hoc temporis spatium, opitulante Deo, fecistis, id procul dubio auspicium est maiorum usque feliciorumque rerum. Ac placet Nobis non modo in vestram laudem, sed ad vestrum etiam addendum

[1] *Ps.* 79, 15-16.

[1] Pius XI, Litt. Enc. *Divini illius*, *A.A.S.*, XXII, 51.

excitandumque animum, praecipua heic in memoriam revocare in suaque luce ponere: Athenaei magisteria numero incrementoque adaucta; scripta typis edita non pauca, quae humanas disciplinas eximio studio illustrarunt; operam congressionibus, altiori doctrinae promovendae habitis, scite opportuneque datam; philosophiam ea mente eaque ratione excultam, quae rectis normis ab Apostolica hac Sede non semel impertitis apprime respondeat, ac detegendae veritati reapse inserviat; ac denique frequentiores in dies alumnos doctoresque vestros laurea donatos, qui rectis apud vos sanisque conformati praeceptis etiam atque etiam queant in religiosam civilemque culturam, in privatam publicamque utilitatem sedulam sollertiam conferre suam. Quodsi teterrima belli conflagratio, quae tandem restincta est, apud vos etiam rerum incrementa necessitate quadam coangustavit, ac tristissimas in pulcherrima sede vestra coacervavit ruinas, at in praesens istius Athenaei auditoria iterum auctiore alumnorum numero celebrantur, ac novae aedes, ex Nostris, ex vestris, ex bonorumque omnium votis, extructae apparataeque sunt.

Pergite igitur alacri, quo soletis, animo, actuosa, qua soletis, voluntate rem urgere. Nostis quid tempora poscant. Non modo urbes, oppida, pagi, saeviente bello, multifariam vastata sunt; non modo innumerae opes ac divitiae submersae ac deletae fuere; sed mentes, sed animi non pauci, vel erroribus obumbrati, vel odio simultateque ex recto abstracti veritatis caritatisque itinere, transversi aguntur in suam ipsorum multorumque perniciem. Humanae artes liberalesque disciplinae, quas hominum ingenium idcirco pepererat, ut veritati servirent ac privatis publicisque commodis, postremis hisce annis, proh dolor, caedis ruinarumque instrumenta fere ubique terrarum effectae fuere. Atsi humanae huiusmodi artes ac disciplinae christianae sapientiae principiis conformentur, si non livoris, sed amoris causa moveantur, tum eaedem profecto non errorum tenebras, sed lucem veritatis, non invidiam, non ruinas, non caedes, sed fraternam caritatem ac prosperitatem veri nominis hominum societati impertire possunt.

Multa hodie et in rebus et in animis reficienda ac restauranda sunt; attamen ut Decessor Noster imm. mem. Pius XI asseverabat, patet omnino « nullam fore eiusmodi restaurationem, nisi recte educetur iuventus; nec educatio quaelibet apta est ad assequendum finem, sed illa dumtaxat, in qua ipsa scientiae institutio religione ac virtute, tamquam fundamento, nititur, quamque Ecclesia modis omnibus commendare non cessavit ».[2] Haec esto igitur — quod ceteroquin non dubitamus — docendi, instituendi

[2] Ep. *Quandoquidem*, d.d. XXV mensis Apr., a. MCMXXII; *A.A.S.*, XIV, 423.

educandique ratio vestra; atque ita pro certo poterit Athenaeum istud uberiores usque ac feliciores colligere fructus. Quos vobis fructus Divinus largiatur Redemptor, cuius Cordi Sacratissimo Institutum vestrum inde ab initio dedicatum est, et quem cotidie in sacro sacelli vestri silentio venerabundi adoratis. Veritas enim ac christiana virtus, quibus universa a vobis tradita institutio atque educatio alitur, nisi aspirante iuvanteque Deo obtineri non potest; nam « omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum ».[3]

Id Nos paterno vobis animo ominamur a Deoque suppliciter precamur; dum caelestium munerum auspicem peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, Dilecte Fili, tum iis omnibus, qui consiliis, opera, vel largitate sua Athenaeo adsunt, cunctisque praeceptoribus alumnisque eius, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die XXIII mensis Octobris anno MDCCCCXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ad Philosophiae Cultores ob Conventum internationalem Romae coadunatos.*

Con particolare compiacimento dell'animo Nostro, illustri professori ed esimi cultori della più nobile ed alta disciplina umana, vi vediamo raccolti intorno a Noi, dopo che, convenuti nella Eterna Città da vicini e lontani Paesi, vi siete nel vostro Congresso internazionale di Filosofia dedicati a discutere alcuni dei grandi problemi, che al presente affaticano il pensiero umano.

Una speciale affinità Ci sembra di ravvisare tra il vostro assiduo lavoro e la Nostra missione apostolica, affinità che più a Noi vi avvicina e più grato Ci rende l'accogliervi e l'intrattenerCi con voi.

Se da Cristo Noi abbiamo ricevuto l'ufficio di annunziare al mondo la verità, di guidare le genti a conoscerla, ad amarla e a metterla in pratica, di propugnare la pacifica diffusione in ogni angolo della terra, oltre ogni confine nazionale; voi, per libera elezione, per quell'amore che si è

[3] IAC., I, 17.

* Die 21 mensis Novembris a. 1946 habita.

acceso negli animi vostri verso la cognizione delle verità, che la natura racchiude, vi siete applicati a scrutare, nel campo proprio della ragione, i sommi principî del vero non tanto per lo sterile esercizio della vostra mente, quanto per l'urgente necessità, da voi profondamente sentita, di chiarire a voi stessi e agli altri le norme supreme che regolano l'universo visibile, dominano la materia e offrono un fondamento stabile alla vita.

Perciò l'esservi adunati in questa Roma, donde da quasi due millenni si diffonde il verbo nuovo, che Cristo, araldo divino, portò sulla terra, e donde, come da centro luminoso, si dipartono i raggi della verità naturale e soprannaturale, razionale e rivelata, acquista ora un particolare significato. La vostra presenza nell'Urbe e in questo Palazzo Apostolico mostra quanto voi siete compresi della necessità di staccare le cure umane dalle contingenze fugaci del mondo e di sollevare la mente dalle sollecitudini materiali, che minacciano d'intorpidire lo spirito e d'impedirne il volo verso più eccelse sfere, ove ogni cosa si colorisce di eternità, e ove vigoroso e potente si espande l'anelito verso una visione più integrale, più armonica ed unitaria della vita individuale e sociale. A promuovere questo graduale elevamento degli animi e delle coscienze, questa sublimazione delle tendenze umane verso alti ideali, non è forse sommamente atta la disciplina che voi coltivate e alla quale rivolgete le migliori fatiche del vostro intelletto e gli accorgimenti più acuti del vostro ingegno? Già, secondo la testimonianza di Elio Aristide,[1] Platone definiva filosofi come coloro che, astraendo dalle cose materiali, si innalzano alla contemplazione delle idee: *οἱ περὶ τας ἰδέας πραγματενόμενοι καὶ τῶν σομάτων ὑπερορῶντες.*

Dai primi albori della speculazione razionale, da quando l'uomo cominciò a riflettere sull'universo esterno e sul suo mondo interiore, il filosofo non è mai rimasto pago di osservare la superficie visibile delle cose, che cadono immediatamente sotto l'esperienza, ma si è sempre sforzato di rompere l'involucro esteriore, di penetrare nell'anima loro, di coglierne l'essenza, d'indovinarne la natura e la loro intima costituzione, fino a formarsene un concetto astratto dalle particolarità contingenti, e a dar loro così una esistenza spirituale nel suo pensiero. In tal modo la filosofia, mentre spiritualizza e nobilita il reale, scopre altresì quanto di più razionale nel reale stesso si nasconde come riposto e inaccessibile all'apprensione dei sensi per fermarsi sull'oggetto più proprio della mente, protesa ad abbracciarlo in una visione larga e comprensiva.

[1] *Orat. 46*, ed. Dindorf, Lipsia 1829, vol. II, p. 408.

E non soltanto essa spoglia, per così dire, della loro concretezza materiale le cose tutte, ma anche le inonda della luce della sua universalità. Come la mente umana non si appaga delle apparenze, non si arresta ai fenomeni, così non si acquieta nella contemplazione staccata e frammentaria delle parti dell'universo, finchè non ne veda i nessi, non ne trovi le cause e gli effetti, non ne rintracci i principî che le governano, le connettono, le subordinano e coordinano in un quadro compiuto di armonica unità. Niuno pensa a misconoscere o a mettere in dubbio il valore dell'analisi, a cui tanto deve il progresso moderno. Ma non è forse vero che la necessità dell'ora presente è la sintesi? Non si sente già il pericolo che la scienza odierna, in quanto è e deve essere generatrice e tutrice di civiltà decada e si perda nello sminuzzamento, nel restringimento, nel predominio assoluto della specializzazione?

Osservate, o maestri del pensiero, la giovane generazione. Essa volge ansiosa lo sguardo verso di voi, perchè sente che da voi ha diritto di attendere più che da tanti altri. Essa anela a grandi pensieri, a una sintesi intellettuale, che dia un senso e un ordine a tutta la sua vita. Dopo gl'immensi orrori, che questa gioventù ha dovuto subire negli ultimi anni, essa prova l'intenso bisogno di una concezione e di una dottrina chiara, forte e saldamente radicata nello spirito, se non deve cadere in un gretto materialismo o nella ricerca di un successo puramente meccanico ovvero nell'abbattimento e nella inazione.

L'inquietudine, l'angoscia dell'uomo può essere per un momento distratta dalla vista e dallo studio di costruzioni erudite e ingegnose: diversivo di un istante, come un sogno nel sonno agitato, se la costruzione, per quanto abile e apparentemente equilibrata, non riposa sulla roccia. Finchè egli non avrà una risposta definitiva e soddisfacente alle questioni: qual è il senso della vita, il senso del dolore, il senso della morte, conserverà l'impressione, pur troppo reale, che il terreno gli manchi sotto i piedi. Ma quale risposta può dare la filosofia, se non si fonda essa stessa sull'assoluto, su un Dio personale, principio e fine di tutte le cose?

Una spiegazione meramente deterministica e materialistica dell'essere e della storia, inconciliabile con le più elementari verità psicologiche, morali e storiche, non potrebbe soddisfare l'uomo, nè dargli la felicità e la pace.

In occasione del vostro Congresso si è parlato dell'esistenzialismo, come della « filosofia del disastro », e di due sue ripercussioni: di una « opposizione all'intellettualismo per un irrazionalismo pessimistico », ovvero di un « volontarismo religioso ». Filosofia del disastro: dinanzi

cioè al « délaissement », al « Geworfensein », all'abbandono dell'uomo nel vortice cosmico, dopo che la ragione avrebbe fallito al suo scopo, dopo che essa avrebbe invano cercato il punto assoluto, il fondamento sicuro, su cui possa solidamente edificare la vita. Noi non abbiamo il proposito di entrare in una trattazione dell'esistenzialismo. Ma chiediamo: rimane alla filosofia altra via che la disperazione, se non trova le sue soluzioni in Dio, nella eternità e nella immortalità personale? Noi pensiamo che i fatti degli ultimi decenni hanno parlato uno stringente linguaggio intorno alle questioni, cui abbiamo ora accennato! La filosofia perenne non corre alcun pericolo di sommergersi in un « irrazionalismo pessimistico », e nemmeno in un « volontarismo religioso » come reazione contro un intellettualismo unilaterale. Essa non può essere nè l'uno nè l'altro, nè volontarismo nè intellettualismo unilaterale, perchè, avendo Dio come chiave di volta del suo pensiero, costituisce necessariamente l'unione di ciò che in ambedue è sano, ossia l'unione di una chiara conoscenza e di una forte volontà che da quella deriva.

Non si può invero concepire una volontà salda in tutte le condizioni della vita, se non sorge da una profonda convinzione intellettuale. Anche il prezioso capitale delle venerande tradizioni, delle quali la Roma classica e soprattutto la Roma cristiana è più ricca di alcun altro centro di civiltà nel mondo intero, perde ogni valore, se il suo fondamento intellettuale, le dottrine religiose e morali, da cui quelle tradizioni provengono, miseramente svaniscono. Nell'affermazione incondizionata di un Dio personale, propria della vera filosofia, tutte le cose trovano la loro spiegazione e la loro consistenza.

Perchè questa filosofia non è soltanto scienza del pensiero, ma anche scienza di vita. È maestra che insegna all'uomo quali sono i principî di azione più conformi alla sua essenza spirituale e razionale, quali i doveri che gli derivano dalla sua speciale e privilegiata posizione in mezzo agli altri esseri a lui inferiori, quale la missione che è chiamato a svolgere e alla quale è obbligato a subordinare ogni sua concreta attività. Ed essa compie questa alta opera moralizzatrice tanto nella vita intellettuale quanto nella vita sociale, gettando dappertutto il seme fecondo della idea che attira gli animi, corregge le deviazioni e guida nel cammino non sempre facile di un progresso personale e collettivo, che non sia vano lustro di avanzamento tecnico, ma sostanziale miglioramento morale e giuridico della umanità.

Illustri Signori! Il vostro Congresso, che oggi si chiude, e al quale hanno preso parte insigni studiosi di molte lingue e nazioni, è una prova che gli uomini del pensiero filosofico sono mossi dal generoso proponi-

mento di collaborare con la penna e dalla cattedra alla estinzione degli odî, alla riconciliazione dei popoli, al consolidamento della pace. Educate le nuove generazioni a sentimenti di vera umanità. Sacro sia ai giovani tutto ciò che ha volto umano; sacra la famiglia; sacro ogni popolo e ogni nazione, come loro è sacro il proprio popolo e la propria patria. Si affisi la loro mente in Dio, padre comune di tutti, in cui la filosofia trova la sua sublime meta e la sua più alta giustificazione.

Grati pertanto della vostra presenza, seguiamo, fiduciosi nella verità e nel bene, i vostri studi e invochiamo sulle vostre fatiche, sui travagli interiori del vostro spirito, sui vostri sani intenti e propositi, sulle vostre famiglie, su quanti ascolteranno la vostra parola, frutto di un'indagine onesta e severa, quei favori celesti, che dirigano il vostro pensiero e la vostra vita verso le mete segnate dal segreto consiglio della verità e dell'amore divino, mentre impartiamo di gran cuore, pegno delle più abbondanti grazie, a voi e a tutte le persone che vi sono care, la Nostra Apostolica Benedizione.

II

Ad Excmum Virum Rodulphum Kohlruss, novum Reipublicae Foederalis Austriae Legatum extra ordinem liberis cum mandatis, die 30 mensis Novembris a. 1946, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem.

Herr Gesandter!

Einen Vertreter des nach Kriegsende neu erstandenen, um Wiedergewinnung von Freiheit und Selbständigkeit sich mannhaft mühenden Oesterreichs im Hause des gemeinsamen Vaters der Christenheit wieder begrüssen zu können, ist Uns Anlass zu inniger Genugtuung und Freude.

Die Stimmung dieses Wiedersehens ist beherrscht von einer Mehrfalt sich gegenseitig ergänzender Erwägungen:

Zunächst von der dankbaren Erinnerung an ein — wie Sie schon andeuteten — durch lange Jahrhunderte bis in die nahe Gegenwart währendes fruchtbares Verstehen zwischen Kirche und Staat, ein Verstehen, von dessen vielfachen Segnungen die europäische Geschichte Kunde gibt und dessen Ergebnisse in feierlichen Vereinbarungen niedergelegt sind.

Sie ist beherrscht von der Rückschau auf jenen düsteren Zwischenakt herber Auseinandersetzung mit dem Ungeist einer Weltanschauung, die mit List und Gewalt auf österreichischem Boden zum Siege geführt wurde und in derer Terrorlehre und Terrorpraxis es keinen Raum gab für die unveräusserlichen Lebensrechte der Kirche Christi.

Vor allem jedoch ist sie beherrscht von dem erwartungsvollen Ausblick auf eine Zukunft, für die aus den Leiden und Lehren der jüngsten Vergangenheit heilsame Folgerungen sich all jenen aufdrängen, denen das wahre Wohl, die friedliche Weiterentwicklung und die kulturelle Sendung des österreichischen Volkes am Herzen liegen.

In dieser Stunde eines für beide Teile ersehnten Wiederbegegnens hören Wir aus dem Munde Eurer Exzellenz mit besonderer Genugtuung den Hinweis auf « den lebhaften Wunsch der österreichischen Regierung und des österreichischen Volkes nach einer immer engeren Gestaltung der Bande vorbehaltlosen Vertrauens und unverbrüchlicher Freundschaft ».

Wir bitten Sie, Herr Gesandter, Seiner Exzellenz dem Herrn Bundespräsidenten und den Mitgliedern der Regierung zu versichern, dass Wir Unserseits nichts unversucht lassen werden, um dieses dem Herzen der überwältigenden Mehrheit des österreichischen Volkes teure Ziel zu erreichen und vor etwaigen Hemmungen zu bewahren.

Wir glauben Uns nicht zu täuschen, wenn Wir annehmen, dass heute die Augen aller Gutgesinnten noch viel mehr als früher dem trotz weitgehender Entmachtung europäisch so bedeutsamen Oesterreich zugewandt sind — mit gespanntem Interesse, mit betonter Anteilnahme, mit unverkennbarem Wohlwollen.

Das Oesterreich von heute liegt im Begegnungsfeld gewaltiger Spannungen zwischen West und Ost, an der Grenzscheide zwischen überkommenen und neuen Gesellschaftsideologien. Infolgedessen vollzieht sich sein Schicksal in Gegensätzen, die an die Leidensfähigkeit, die Lebenskraft, den Starkmut, die Heimat-und Glaubenstreue seiner Söhne und Töchter unerhörte Anforderungen stellen.

Gerade weil Wir wissen, wie hart und wie umdroht der Aufstieg des österreichischen Volkes zu verdientem Glück inmitten eines von echter Befriedung noch weit entfernten Europas ist, hegen Wir den heissen Wunsch, es mögen ihm nie die geistigen Kraftquellen verschüttet werden, die ihm aus der freien Betätigung seines angestammten Glaubens fliessen.

Wir fühlen Uns dessen sicher, dass Euer Exzellenz der Erstrebung dieses hehren Zieles mit dem ganzen Einsatz Ihres Wollens wie Ihres umfangreichen Wissens dienen werden.

In dieser Erwartung rufen Wir Gottes Schutz und Beistand herab auf das sich aus tiefer Not zu neuem Aufstieg rüstende teure Oesterreich und erteilen Ihnen, Herr Gesandter, zum Antritt Ihres hohen Amtes in besonderem Wohlwollen den erbetenen Apostolischen Segen.

III

*Ad agrorum Cultores ob Conventum Confoederationis nationalis Italicae Romae coadunatos.**

Al particolare compiacimento che Noi proviamo ogniqualvolta Ci è dato di accogliere i rappresentanti delle diverse professioni, le cui svariate attività costituiscono nel loro insieme la vita economica e sociale di un popolo, si aggiunge in questo momento la soddisfazione che sentiamo nel salutare in voi, diletti figli, i delegati di una vasta Confederazione Nazionale, comprendente un gran numero di agricoltori, i quali coltivano essi stessi con le loro famiglie le terre, che o appartengono loro in proprietà o dai proprietari in virtù di un contratto sono state loro affidate. Sono le dolci terre, *dulcia arva,* tanto care al mite Virgilio,[1] le terre d'Italia, di cui Plinio[2] esaltava la vitale e perenne salubrità, i fertili campi, i colli aprichi, i boschi ombrosi, la feracità delle viti e degli olivi, i pingui armenti. *O fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas!*[3] O veramente fortunati agricoltori, esclamava il gran poeta campestre, se conoscono i loro beni!

Non vorremmo quindi lasciar passare questa occasione senza rivolgervi una parola di incoraggiamento e di esortazione, tanto più perchè ben sappiamo quanto il risanamento morale di tutto il popolo dipenda da una classe di agricoltori socialmente integra e religiosamente salda.

1. – Più che altri, voi vivete in contatto permanente con la natura; contatto materiale per il fatto che la vostra vita si svolge in luoghi ancora lontani dagli eccessi di una civiltà artificiale ed è tutta volta a far sorgere dalle profondità del suolo, sotto il sole del Padre divino, le ricchezze abbondanti che la sua mano vi ha nascoste; contatto anche altamente sociale, perchè le vostre famiglie non sono soltanto comunità di consumo dei beni, ma anche e particolarmente comunità di produzione.

In questo radicarsi profondo, generale, completo e perciò così conforme alla natura, della vostra vita nella famiglia consiste la forza economica e nei tempi critici anche la capacità di resistenza, di cui siete dotati, come altresì la vostra sperimentata importanza per il retto sviluppo del diritto e dell'ordine privato e pubblico di tutto il popolo; e final-

* Die 15 mensis Novembris a. 1916 habita.

[1] *Eclog.* I, 3.

[2] *Nat. Histor.* l. III, 5, n. 41.

[3] VERG., *Georg.* II, 458-459.

mente la indispensabile funzione che siete chiamati ad esercitare come fonte e difesa di vita intemerata, morale e religiosa, come vivaio di uomini sani di anima e di corpo per tutte le professioni, per la Chiesa e per lo Stato.

Tanto più quindi si deve aver cura acciocchè gli elementi essenziali di quella, che potrebbe chiamarsi genuina civiltà rurale, siano conservati alla Nazione: laboriosità, semplicità e schiettezza di vita; rispetto della autorità, anzitutto dei genitori; amore di patria e fedeltà alle tradizioni che si sono nel corso dei secoli dimostrate feconde di bene; prontezza al soccorso reciproco, non solo nella cerchia della propria famiglia, ma anche di famiglia in famiglia, di casa in casa; finalmente quell'uno, senza di cui tutti quei valori non avrebbero consistenza alcuna, perderebbero ogni loro pregio e si risolverebbero in una sfrenata avidità di guadagno: vero spirito religioso. Il timor di Dio, la fiducia in Dio, una fede viva che trova la sua quotidiana espressione nella preghiera in comune della famiglia, reggano e guidino la vita dei lavoratori dei campi; la chiesa rimanga il cuore del villaggio, il luogo sacro, che, secondo le sante tradizioni dei padri, di domenica in domenica ne riunisce in sè gli abitanti, per elevare gli animi loro al di sopra delle cose materiali a lode e servizio di Dio, per impetrare la forza di pensare e di vivere cristianamente in tutti i giorni della veniente settimana.

Il fatto che l'azienda agricola ha un carattere eminentemente familiare, la rende così importante per la prosperità sociale ed economica di tutto il popolo, e conferisce all'agricoltore un titolo speciale a trarre dal suo lavoro il proprio conveniente sostentamento. Senza dubbio, chi guardasse soltanto ad un provento il più possibile alto e rapido dell'economia nazionale, o ad un approvvigionamento, il più possibile a buon mercato, della Nazione con prodotti della terra, potrebbe essere sotto questo aspetto tentato di sacrificare più o meno l'azienda agricola; del che si hanno parecchi e non incoraggianti esempi nell'ultimo secolo e nel tempo presente.

A voi dunque appartiene di mostrare che essa, appunto per il suo carattere familiare, non esclude i reali vantaggi di altre forme di azienda e ne evita i danni. Mostratevi dunque adattabili, attenti e attivi curatori della zolla nativa, che sempre deve essere usata, giammai sfruttata. Mostratevi uomini riflessivi, parsimoniosi, aperti al progresso, che coraggiosamente impegnano il proprio e l'altrui capitale, in quanto giova al lavoro e non pregiudica l'avvenire della famiglia. Mostratevi onesti venditori, non cupidi calcolatori a danno del popolo, e ben disposti compratori al mercato interno del Paese.

Noi ben sappiamo quanto questo ideale faccia non di rado difetto. Quali che possano essere la rettitudine delle intenzioni e la dignità della condotta, vanto di molti produttori agricoli, non è men vero che occorre oggi una grande fermezza di principî ed energia di volontà per resistere alla diabolica tentazione del facile guadagno, che specula ignobilmente sulle necessità del prossimo, piuttosto che guadagnare la vita col sudore della fronte.

Spesso quel difetto proviene anche da colpa dei genitori, che troppo presto adoperano i figli per il lavoro e trascurano la loro spirituale formazione ed educazione, ovvero da mancanza della necessaria istruzione scolastica, e soprattutto professionale. Non vi è infatti più erroneo pregiudizio del credere che il coltivatore dei campi non abbia bisogno di una seria e adeguata coltura per compiere nel corso dell'anno la sua opera indefinitamente varia di ogni stagione. — Il peccato invero ha reso penoso il lavoro della terra, ma non lo ha esso stesso introdotto nel mondo. Prima del peccato Dio aveva dato all'uomo la terra affinchè la coltivasse, come la occupazione più bella e più onorevole nell'ordine naturale. Continuando l'opera di peccato dei nostri primi genitori, i peccati attuali di tutta l'umanità hanno fatto pesare sempre più la maledizione sulla terra. Colpito successivamente da tutti i flagelli, diluvi, cataclismi tellurici, miasmi pestilenziali, guerre devastatrici, il suolo in alcune parti deserto, sterile, malsano, ed ora celante ordigni micidiali che spiano insidiosamente le loro vittime, si è rifiutato di elargire spontaneamente all'uomo i suoi tesori. La terra è la grande ferita, la grande malata. Chinato su di lei, non come lo schiavo sulla gleba, ma come il clinico sul letto del paziente, il coltivatore le prodiga le sue cure con amore. Ma l'amore, pur così necessario, non basta. Per conoscere la natura e, per così dire, il temperamento del suo pezzo di terra, talvolta così differente anche da quello immediatamente vicino, per scoprire i germi che lo guastano, i roditori che verranno a scavarlo, i vermi che verranno a divorare il suo frutto, i logli che verranno a infestare le sue messi, per trovare gli elementi che gli mancano, per scegliere le colture successive che l'arricchiranno nel suo stesso riposo, per queste e tante altre cose, occorrono vaste e varie cognizioni.

Oltre a ciò, il terreno ha bisogno in molte regioni — prescindendo dalla riparazione dei danni bellici — di accurati e ponderati provvedimenti preliminari, prima che si possa attuare una riforma delle condizioni della proprietà e dei rapporti contrattuali. Senza di questo, come l'esperienza e la storia insegnano, una tale riforma improvvisata si ridurrebbe ad essere una pura demagogia, e quindi, anzichè giovevole, inutile

e dannosa, particolarmente oggi, quando l'umanità deve ancora temere per il suo pane quotidiano. Già più volte nella storia le grida incomposte di sobillatori hanno reso le popolazioni delle campagne schiave di un dominio da cui esse intimamente rifuggivano, e oggetto inconsapevole di sfruttamento.

2. – Tale ingiustizia apparisce tanto più grande, quanto più la vita del contadino ha il suo fondamento nella famiglia, ed è quindi vicina alla natura. Essa trova la sua aperta espressione nella opposizione fra città e campagna, che è pur troppo particolarmente caratteristica del nostro tempo. Quale ne è il vero motivo?

Le città moderne col loro costante ingrandimento, con la loro agglomerazione di abitanti, sono il tipico prodotto del dominio degli interessi del grande capitale sulla vita economica; e non solo sulla vita economica, ma anche sull'uomo stesso. Come infatti il Nostro glorioso Predecessore Pio XI nella sua Enciclica *Quadragesimo anno* ha efficacemente mostrato, accade troppo spesso che non più i bisogni umani regolino secondo la loro importanza naturale e obiettiva la vita economica e l'impiego del capitale, ma al contrario il capitale e il suo interesse di acquisto determinino quali bisogni e in quale misura debbano essere soddisfatti; che quindi non il lavoro umano destinato al bene comune attiri a sè il capitale e lo ponga al suo servizio, ma che invece il capitale muova di qua e di là il lavoro e l'uomo stesso come palle da giuoco.

Se già l'abitante della città soffre per questo stato innaturale, tanto più esso è contrario all'intima essenza della vita dell'agricoltore. Poichè, nonostante tutte le difficoltà, il lavoratore dei campi rappresenta ancora l'ordine naturale voluto da Dio, e cioè che l'uomo deve col suo lavoro dominare le cose materiali, e non le cose materiali l'uomo.

Questa è dunque la causa profonda dell'odierno contrasto fra città e campagna: esso forma uomini addirittura diversi. E tale contrasto diviene tanto più grande, quanto più il capitale, abdicando la sua nobile missione di promuovere il bene della società in ciascuna delle famiglie che la compongono, penetra nel mondo stesso dei coltivatori o altrimenti lo coinvolge negli stessi danni. Esso fa scintillare l'oro e una vita di piacere dinanzi agli occhi abbagliati del lavoratore dei campi, per indurlo ad abbandonare la terra e a perdere nella città, che non gli riserva il più delle volte se non delusioni, i risparmi laboriosamente accumulati, e non di rado anche la salute, le forze, la gioia, l'onore, la stessa anima. Questa terra così abbandonata il capitale si affretta a farla sua; essa allora non è più oggetto di amore, ma di freddo sfruttamento. La terra, nutrice generosa delle città non meno che delle campagne, non produce

più che per la speculazione, e mentre il popolo soffre la fame e l'agricoltore, gravandosi di debiti, va lentamente verso la rovina, l'economia del Paese si esaurisce per acquistare a caro prezzo gli approvvigionamenti che è costretta a far venire dall'estero.

Questo pervertimento della proprietà privata agricola è grandemente dannoso. Come essa non ha più amore nè interesse per il campo, che tante generazioni avevano affettuosamente lavorato, così è senza cuore per le famiglie che lo lavorano e che vi dimorano. Ciò non dipende però dall'istituto della proprietà privata in quanto tale. Anche là ove lo Stato avoca a sè interamente il capitale e i mezzi di produzione, gl'interessi dell'industria e del commercio estero, propri delle città, hanno il sopravvento. Il vero agricoltore soffre allora ancor più. Ad ogni modo rimane violata la verità fondamentale sempre sostenuta dalla dottrina sociale della Chiesa, che cioè la economia di un popolo è un tutto organico, nel quale tutte le possibilità produttive del territorio nazionale debbono essere sviluppate in sana reciproca proporzione. Mai non sarebbe divenuta così grande la opposizione fra città e campagna, se quella verità fondamentale fosse stata osservata.

Voi coltivatori certamente non volete un simile contrasto, volete che ad ogni parte dell'economia nazionale si dia il suo; volete però anche conservare il vostro. Perciò una ragionevole politica economica e un sano ordinamento giuridico debbono prestarvi il loro sostegno. Ma l'aiuto principale deve venire da voi stessi, dalla vostra unione cooperativa, specialmente anche nei problemi del credito. Forse allora dal settore dell'agricoltura verrà il risanamento di tutta la economia.

3. – Finalmente una parola intorno al lavoro. Voi coltivatori costituite con le vostre famiglie una comunanza di lavoro. Voi siete però anche coi vostri compagni e consoci una comunanza di lavoro. Voi volete finalmente formare con tutti i gruppi professionali del popolo una grande comunanza di lavoro. Questo è secondo l'ordinamento di Dio e della natura; questo è il vero concetto cattolico del lavoro. Esso unisce gli uomini in un servizio comune per i bisogni del popolo, in un medesimo sforzo per il proprio perfezionamento a onore del loro Creatore e Redentore.

Ad ogni modo, restate fermi nel considerare il vostro lavoro secondo il suo intimo valore, come contributo vostro e delle vostre famiglie alla pubblica economia. Con ciò rimane fondato il diritto a un sufficiente reddito per un sostentamento corrispondente alla vostra dignità di uomini e anche ai vostri bisogni culturali; ma importa anche il vostro riconoscimento della necessaria unione con tutti gli altri gruppi professio-

nali che lavorano per i vari bisogni del popolo, e con ciò anche la vostra adesione al principio della pace sociale.

Noi invochiamo di cuore i più eletti favori celesti su di voi, diletti figli e sulle vostre famiglie, come la Chiesa sempre particolarmente vi ha benedetti e ha in molteplici maniere introdotto il vostro anno di lavoro nel suo anno liturgico; li invochiamo sul lavoro delle vostre mani, dal quale il santo altare di Dio riceve il pane ed il vino. Dia a voi il Signore, per adoperare le parole dei Libri Santi, « la rugiada del cielo e la pinguedine della terra e copia di grano e di vino »![4] Possano le vostre terre, come già i fertili campi etruschi, che Livio ammirava tra Fiesole e Arezzo, essere ricche di frumento e di bestiame e per abbondanza di tutte le cose, *frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti!*[5] Con questi sentimenti e con questi auguri impartiamo a voi e a tutte le persone che vi sono care la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

[4] *Gen.* 27, 28.

[5] Liv., *Ab Urbe condita* l. XXII, cap. 3.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ACHERUNTINAE ET MATERANENSIS

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

Excmus P. D. Augustus Bertazzoni, Episcopus Potentinus et Marsicensis atque Administrator Apostolicus archidioecesium Acheruntinae et Materanensis, nuper Apostolicae Sedi preces sibi ab iis quorum interest oblatas humiliter porrexit ut territorium paroeciarum « *Bernalda, Ferrandina, Ginosa, Grottole, Laterza, Metaponto, Miglionico, Montescaglioso, Pisticci* et *Pomarico* » ad archidiocesim Acheruntinam pertinens, ob magnam distantiam ab Urbe cathedrali « Acerenza » ab ipsa archidioecesi seiungeretur et archidioecesi Materanensi aggregaretur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XII, petitionis opportunitate perpensa, attentis votis et consensu praefatarum paroeciarum parochorum, Apostolicae potestatis plenitudine atque suppleto quatenus opus sit, aliorum interesse habentium aut habere praesumentium consensu, postulationi benigne annuendum censuit.

Quapropter per praesens Consistoriale Decretum statuit ut territorium memoratarum paroeciarum ab archidioecesi Acheruntina dismembretur et archidioecesi Materanensi perpetuo incorporetur.

Ad haec omnia autem exsequenda Sanctitas Sua deputavit Excmum P. D. Augustum Bertazzoni, Administratorem Apostolicum Acheruntinum et Materanensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facta eidem obligatione mittendi

quam primum ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 11 Augusti 1945.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Subst.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 24 Novembris 1946. — Metropolitanae Ecclesiae Granatensi praefecit Exc. P. D. Balbinum Santos y Olivera, hactenus Episcopum Malacitanum.

die 26 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae S. Miniati Exc. P. D. Felicem Beccaro, hactenus Episcopum Nuorensem.

die 4 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Mauretania R. D. Aloisium Cammarata, Antistitem Urbanum et Archipresbyterum-Parochum in oppido « S. Cataldo » dioecesis Calatanisiadensis, quem constituit Praelatum Ordinarium Praelaturae *nullius* S. Luciae.

die 7 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Petriculanae Exc. P. D. Albertum Fletcher, hactenus Episcopum titularem Samiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bidensi Exc. P. D. Aloisium Willinger hactenus Episcopum Poncensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Philippi Scher, Episcopi Montereyensis Fresnensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII, decretis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, scilicet:

die 30 Iulii 1946. — Cathedrali Ecclesiae Cahirensi Maronitarum, nuper erectae, praefecit Exc. P. D. Petrum Dib, hactenus episcopum titularem Tarsensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tentyritanae R. P. Andream van den Bronk, e Societate pro missionibus ad Afros, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iulii Girard, Episcopi Titularis Bullensis, Vicarii Apostolici Deltae Nili.

— Titulari episcopali Ecclesiae Europensi R. D. Danielem Ivancho, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Basilii Takach, Exarchi Apostolici pro fidelibus ruthenis byzantini ritus e Podocarpatia in Statibus Foederatis Americae septentrionalis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BOLIVAREN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MERCEDIS A IESU, MOLINA, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A B. MARIA ANNA A IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Imitatores Dei estote ut filii carissimi, hortatur Apostolus, *et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* (Eph., V, 1-2).

Serva Dei Mercedes a Iesu Molina, Beatae Mariae Annae a Iesu de

Paredes Virginis Aequatorianae aemula, tota fuit in imitatione Dei: in eius dilectione ambulans, atque Christi vestigia premens se suaque pro fidelibus atque infidelibus veluti oblationem et hostiam in odorem suavitatis tradidit. Quod autem oblatio haec Deo grata fuerit, evidenter ostenditur ex fructibus inde secutis, uti mox delibabimus.

In parvo oppido v. d. Baba in provincia « Los Rios » in Aequatoriali dicione, e Michaële Molina ac Rosa Ayala divitibus ac nobili quidem genere, nobilioribus vero christianarum virtutum exercitio, anno 1828 nata est Mercedes. Non multo post eius nativitatem, familia se transtulit ad urbem « Guayaquil ». Patre mature orbata, Mercedes sub diligenti matris cura adulevit. Matre quoque circa annum 1841 viam universae carnis ingressa, Mercedes, divitiis affluens, aliquantulum pietate deferbuit ac mundanis oblectamentis parumper, licet non immodice, indulsit. Equo olim delapsa, fracto brachio, quum diu lecto decumbere coacta esset, fluxarum mundi rerum inanitatem perpendens, vitam pietatis operibus intentam statuit instaurare. Non multo autem post honestas nuptias, quibus aliquando faverat, invicte repudiavit, nil seu propinquorum seu civium dicteria curans. Cellam a ceteris segregatam in sororis domo sibi elegit, ut liberius orationi instare et arctissimae paenitentiae operibus, prout sibi a confessario concessum erat, attendere sibi liceret. Paupertatis, castitatis et obedientiae vota, laicali condicioni accommodata, emisit, quae ad unguem ipsa servavit. Sui animi moderatori e Societate Iesu morem gerens, atque totam se proximorum saluti impendendi desiderium complens, sororis domum clam deseruit, pauperrimarum orphanarum curam assumens. Deinde eidem moderatori obediens, in Patrum Societatis Iesu missionalium adiutorium ad Jibaros evangelizandos advolavit, quorum ferociam caritate ac patientia emollivit.

Post missionalium discessum, magno animi dolore missionem relinquere coacta fuit. Post breves moras in urbibus « Cuenca » et « Guayaquil », in urbe Riobamba constitit atque Instituti Sororum, quod sub patrocinio B. Mariae Annae de Paredes posuit, summopere favente atque impellente Episcopo, fundamenta iecit, quodque eo spectat ut pauperes puellae orphanae atque derelictae excipiantur atque educentur; mulieres lapsae e vitiorum caeno conversae colligantur atque in bono confirmentur, demum ut adulescentulae, innocentes quidem, sed incautae a malo praeserventur.

Die 14 Aprilis anno 1873 religiosa vota coram Episcopo nuncupavit nomenque Mercedis a Iesu assumpsit.

Multa et gravia Famula Dei passa est, quae fortiter Deo confisa superavit, christianarum virtutum relinquens exempla.

Meritis plena, sacramentis roborata, die 13 Iunii anno 1883 sancto fine quievit.

Sanctitatis fama, post Servae Dei obitum magis magisque invaluit, quare die 19 Aprilis anno 1886, tribus annis nondum a morte transactis, informativus processus in Bolivarensi Curia inceptus est, qui tamen ob politicas, atque ob alias adversas rerum personarumque condiciones, a causae bonitate alienas, fuit suspensus, atque post quadraginta annos redintegratus atque consummatus cum super scriptis, tum super sanctitatis fama, tum denique super liturgico cultu nunquam praestito, atque in Urbem, una cum rogatoriali in Curia Conchen annis 1929-30 confecto, delatus.

Nonnullae interim litterae Summo Pontifici introductionem causae huius Servae Dei postulantes fuerunt oblatae.

Die 27 Novembris a. 1937 favorabile super Servae Dei scriptis editum est decretum.

Omnibus itaque servatis de iure servandis, Revmo P. Carolo Miccinelli, causae Postulatore instante, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis, die 29 Ianuarii anni huius, Emus ac Revmus D. Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, Causae Ponens, dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de ea retulit. Emi ac Revmi Patres, post relationem hanc, suffragiis quoque officialium Praelatorum exceptis, nec non audito R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse commissionem Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali Praefecto die 8 mensis huius relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servae Dei Mercedis a Iesu Molina* Sua manu obsignare dignata est.

Datum Romae, die 8 Februarii a. D. 1946.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

II

PARISIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE CATHARINAE LABOURÉ, VIRGINIS, E SOCIETATE PUELLARUM CARITATIS S. VINCENTII A PAULO.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Acta nos docent Beatam Catharinam Labouré, novennem adhuc puellam, matre vix demortua, ad beatae Virginis simulacrum accurrisse, seque Eidem uti filiam maternae Eius curae commendasse. Puellae fiducia quantum tantae Matri placuerit, evidentissime constat ex gratiarum abundantia, quibus Ipsa Servam Dei ditavit. Etenim ei ut Puellarum a Caritate S. Vincentii a Paulo Societati se adiungere posset, pluribus remotis impedimentis, viam complanavit; ut in christiana ac religiosa perfectione ingentes progressiones faceret, efficacissime adiuvit; denique singulare donum ei largita est ut effusissimae suae misericordiae in totum humanum genus instrumentum fieret, miris apparitionibus eam, adhuc tirunculam, honestando.

Quod munus fidelissime B. Catharina exsecuta est. Sacrum enim numisma, in apparitionibus sibi a Beata Virgine ostensum, ad plura decies centena milia cudere ac diribere per alios curavit, altum insimul de supernaturali numismatis revelatione accepta silentium per ultra sex supra quadraginta annos heroice servans.

Humillimam Deus Famulam suam caelesti gloria regaliter rependit, ut evidenter ostenditur cum ex sollemnis beatificationis honoribus die 28 Maii a. 1933 ei ab Ecclesia collatis, tum ex aliis miraculis post beatificationem a Deo patratis, de quorum duobus in hoc decreto agitur, quae ad eius Canonizationem viam sternunt.

I. Prior quae ab Actoribus effertur mira sanatio Iosephinam Goudret respicit. Mulier haec adeo gravi asystolia cum renali insufficientia fuit attacta, ut ad extremum vitae limen fuerit adducta, ideoque extrema Sacramenta ei fuerunt collata. B. Catharinae intercessione implorata, a die 15 ad 20 Iunii mensis, anno 1933 infirma ad bonam transiit valetudinem, cum plena cordis sufficientia.

Miraculum agnoscunt duo curantes medici, cum quibus quatuor periti, ex officio a sacra hac Congregatione adlecti, plene concordant.

II. Altera sanatione Soror Irenes Pascal, e Societate Puellarum a Caritate S. Vincentii a Paulo, fauste fruita est. Soror haec ob graves adhaerentias quadruplici chirurgicae laparatomicae actioni subiecta fuit, at incassum; immo post unamquamque huiusmodi operationem in peiori condicione versabatur, adeo ut curantes medici atque chirurgi nullam servandae vitae spem superesse absque haesitatione edixerint, mortemque fere imminentem praesagiverint. Die 21 Maii a. 1937, sexto novendialium precum, infirma, nocte incumbente, placido corripitur somno. Sequenti mane se perfecte sanatam sentit, solidum cibum sumit, nullum praegressi morbi vestigium a medico invenitur, atque exinde Irenes in recuperata valetudine omnino perseverat. Miraculum contigisse non modo periti a Sacra hac Congregatione electi, sed etiam curantes medici, ceterique testes agnoscunt.

Super prima ex his duabus miris sanationibus Apostolica auctoritate constructus est processus in Curia S. Claudii, super altera vero in Curiis Monoecen. ac Parisien., pro quorum legali vi die 17 Aprilis a. 1940 editum est decretum.

Servato iuris ordine, super his sanationibus prius in Antepraeparatorio Sacrae Congregationis coetu, coram Revmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente, die 18 Iulii a. 1944 disceptatum est; die vero 26 Iunii elapso anno in Praeparatorio, coram ceteris huic sacrae Congregationi addictis Cardinalibus; demum die 9 Aprilis hoc anno, in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XII; in quo idem Cardinalis Ponens seu Relator dubium posuit: *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum quisque protulit suffragium. Beatissimus vero Pater, a sua ferenda sententia ad hunc distulit diem, ut maiori luce ingeminatis precibus a Deo Sua mens illustraretur.

Statuit itaque decretum hac Dominica, post Pascha quinta, S. Philippi Nerii Romae Apostoli festo, promulgari.

Quapropter advocatis ad Se Revmis Cardinalibus Causae Ponente atque infrascripto S. R. C. Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore ac me Secretario, sacrosancto Eucharistico sacrificio religiose litato, edixit: *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Iosephinae Goudret a gravissima insufficientia cardiaca (asystolia) cum insufficientia renali, tum Sororis Irenis Pascal a gravissima syndrome adhaerentiali.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 26 Maii, Dominica V post Pascha, anno Domini 1946.

✠ C. Card. SALOTTI, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

III

NULLIUS EINSIEDLEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI MEINRADI EUGSTER, CONVERSI PROFESSI O. S. B.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Pius doctusque Ioannes Tritemius, insignis Abbas S. Martini in Spanheim in dicione Germanica, Ordinis S. Benedicti, de monachorum virtutibus disserens: « Qui non amat solitudinem cellae, scribit, et quietem silentii, mentis puritatem nequaquam diligit » (hom. VI circa med.) « ... Monachus, quia miles est, nunquam debet esse otiosus... Labores autem monachorum ita sunt moderandi, ut nunquam a divinis vacent colloquiis, sed inter opera manuum, in corde meditatio ferveat Scripturarum: quae posteaquam in ardorem spiritus mentem perduxerit, mox in orationem devotissimam commutetur » (hom. VII post med.). Quae monita, quasi explicatio sunt praecepti a legifero patre Benedicto suis monachis inculcati: *Ora et labora.*

Praeceptum hoc ad amussim Frater Meinradus Eugster, Ordinis S. Benedicti in celeberrimo Einsiedlensi Monasterio Conversus, servavit, atque per hoc religiosae vitae perfectionem attigisse videtur, uti inquisitionum ordinariarum Ensiedlensum acta testantur.

Re sane vera: in loco vulgo dicto Gätziberg, propter Altstätten, intra Sancti Galli dioecesis fines, die 23 Augusti anno 1848 natus est eodemque die baptizatus duodecimus filius Ioannis Udalrici Eugster atque Annae Mariae Reichsteiner, cui nomina Iosephus Gebhardus fuerunt imposita. Parentes ambo, tenui quidem fortuna praediti, sed christia-

nis virtutibus praestantes, filiolos a Deo sibi concessos sancte educarunt. Iosephus mature, ut pro suo modulo familiae subveniret iopiae, famulum cuidam sui oppidi mercatori se tradidit, a quo plura beneficia se accepisse grato animo per totam vitam fassus est. Ad vestifici artem addiscendam ac perficiendam ad oppida Rapperswill, Rorschach, Feldkirch, Sankt Gallen se contulit; anno demum 1872 ineunte, non sine B. Virginis instinctu, quam Servus Dei enixe adprecabatur ut sibi via ad religiosam vitam amplectendam complanaretur, in Einsiedlense Monasterium uti vestificus admissus fuit; post autem biennium laudabiliter transactum, die 29 Augusti anno 1874 tirocinium posuit. Sequenti anno, die 5 Septembris simplicia vota, assumpto Meinradi nomine, die autem 22 Septembris anno 1878 sollemnia vota nuncupavit.

Servus Dei summo mane, plurimos per annos, ut sacris inserviret, indefesse, ingravescente quoque senectute atque acriter rigescente hieme, paratum se exhibebat; ad vestiariam officinam, cui fuerat addictus, deinde accedens, nunquam a laborando se abstinebat, quousque obedientiae signum eum alio advocaret: nec interim ab oratione animum extrahebat.

Manus quidem et oculos in opus intendebat, mens vero et cor « numquam a divinis vacabat colloquiis », ideo silentii quietem amabat, probe sciens mentis puritatem se assequi non posse, si aliter se gessisset, uti a Tritemio audivimus.

Quare factum est ut Meinradus virtutes omnes exercuerit, atque non pauca earum specimina exhibuerit, humilitatis praesertim et caritatis. Omnibus omnia factus, nulli pepercit industriae aut incommodo ut confratribus auxilium, quod peterent, immo ultro, conferret. Nullum ex eius ore verbum fraternam caritatem laedens excidit. Maternam infirmis curam praestabat, eosque piis colloquiis solabatur. Morosos confratres, Deo sic permittente, eum lacessentes, hilari vultu gratoque animo tolerabat. Uno verbo, uti testes deponunt, non modo nullus in Servo Dei notabilis defectus fuit animadversus sed perfectum religiosi Ordinis S. Benedicti exemplar agnitum.

Paupertatis amantissimum, obedientiae observantissimum, B. Virginis sanctorumque caelitum cultorem fidelissimum iugiter per integrum vitae curriculum se exhibuit.

Annis ac laboribus fractus, extremis Ecclesiae sacramentis munitus, die 14 Iunii anno 1925 lectissimam animam Deo reddidit, annos natus septuaginta sex, menses novem, dies decem et septem.

Sanctitatis fama cum viresceret, in Einsiedlensi Curia Abbatiali anno 1939 die 28 Aprilis mensis, ordinaria auctoritate inceptae inquisitiones sunt super eadem fama, quae sequenti anno fuere perfectae.

Item et processiculus diligentiarum, nempe super scriptis alterque super prohibito cultu non exhibito, ad normam Urbani VIII decretorum, fuere confecti.

Qui processus ad Sacram hanc Congregationem fuere delati. Plures interim Summo Pontifici litterae reverenter fuerunt oblatae, Causae Introductionem postulantes.

Scriptis perpensis, favorabile die 28 Maii a. 1941 editum est decretum. Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Revmo D. Gerardo Oesterle, O. S. B., Postulatore legitime constituto, die 9 mensis huius, infrascriptus Cardinalis, S. R. C. Praefectus causaeque huius Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrae Congregationis coetu, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea retulit. Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac atque suffragiis officialium Praelatorum perpensis, addito quoque, voce ac scripto, R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, omnibus mature consideratis, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem Introductionis Causae si Sanctissimo placuerit.*

